Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 4.

Cod. IV.

Azonis Sum̄a

Membraneus. Fol. max. Sæc. 13. 1. 4.

Continet sum̄am Azonis in jus civile. Scriptus est exili quidem sed eleganti charactere, subinde lacer et mucidus in Rubricas distinctus, multis tum in marginem tum ad oram libri adjectis anotationibq. Manus videtur esse Sæc. 13. Reliqua facies hæc: Folio primo incipiunt Rubricæ: "In nõie dñi nr̃i ihũ Xp̃i. "Infra scp̃te sũt Rubrice Sum̄e sup̄ nouē libris codicis "ab Azzone felici composite"; in fine folii tertii: "Ex"pliciunt Rubrice Sum̄e composite ab Azzone felici "sup̄ nouem libris codicis". Folio quarto: "Incipiũt "Rice. Materie ad pandectam Sm̄ Joh". Eadem paginã Columna 2da: "Expliciũt Rice Sũme exordinarie". Ejusdem folii pagina aversa: "Incipiunt Rubrice Sũme "institutõnũ a dño Azzone cõposite"; hæc autem tabula in fine mutilata est. Ipsa Sum̄a in codicem occupat Fol. 150 et ½. et incipit cum proëmio ad Sum̄am codicis per Dominum Azonem his verbis: "Cum post "inventionem scientiæ etc". In fine hujus Sum̄æ legitur: "Explicit sum̄a super VIIII libris codicis ab Azone "felici composita, dõ dicam̄ grãs". Pagina aversa folii 151. est brevis Com̄entarius in Legem Pomponii si negotium, et incipit: "Lex ista licet multis difficilis videatur propter confusionem glossularum"; sed manus recentior hunc Com̄entarium paginæ vacuæ addidit. Fol 152. "Incipit materia ad pandectam", his verbis: "In nomine Patris et F. et sp. Scti amen; principium "omnium rerum est Deus"; implet 8 folia, ubi in fine: "Explicit sum̄a extraordinaria". Folio sequenti: "Sum̄a institutionum a Domino Azone composita"; initium: "Quasi modo geniti pueri vel adulti", quæ occupat folia 18½; in fine; "Explicit Azonis pruden"tis Sum̄a docentis". Denique in ora codicis infima legitur hæc subscriptio: "Ego Lainerius huic Sũme "finē imposui ano dñi Mtto Ducent. Septimo decimo. "Idibus Septēbris. ī montem aclio tũc truffecto de pan"gano p̄sente. grãs" — /: hic aliquid deletum, fors Xto :/ refero 7.-p' /: propter :/ "dilõnem nimiam". Id est: Ego Lainerius huic Sum̄æ finem imposui anno Domini 1217. Idibus Septembris in monte madio tunc truffecto de pangano præsente. Gratias (Xsto) refero

182 r

Kommedy? Lexeb.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 5.



propter dilectionem nimiam. Eadem recentior manus, quæ supra in legem Pomponii scripsit, etiam hic restantibus 3 paginis quædam adjecit, nempe: "Incipit Sum̄a de agricultura et censitis secundum Dominum Pandinum", quæ ita inchoat: "quum in præfatis Rubricis tituli dictum sit de his ect." Sed hæc Sum̄a, forte ob defectum membranæ, incompleta est.

De Azone ita Trithemicus /: de Script. ecclestc. cap 427:/

"Azo natione Italus est Bononiensi civitate ordi-
"tus vitae originem, Joan̄is Bosiani Cremonensis viri
"doctissimi quōdam auditor, atque discipulus, jurisci-
"vilis famosissimus interpres, fons legum, copia
"verborum, lucerna juris, qui sua eruditione et sci-
"entia omnes Juristas, qui eum præcesserant, faci-
"le præcellit, multa ad jus civile pertinentia opus-
"cula edidit, quibus laudem et gloriam im̄ortalem
"acquisivit." Alii eum è vivis excessisse ão 1200, alii ão 1230 adhuc vixisse ajunt. Vid. etiam Freher. Theatr. viror. illustr. pag 782. Mich. a. S. Jos. T. I. p. 428. Fabric. Bibl. lat. med. et inf. æt. T. I. p. 160. Arüsii Cremona lit. ~~Pag~~ P. I. p. 90. Scripta Azonis juridica Venetiis impressa adducit Cl. Denis in Supplem. ad Maittaire pagg. 260. 402. 438. 439.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1713

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)